ISIDORUS HISPALENSIS

12. Jh. Seite 156r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26533
Copyright: Admont, Benediktinerstift

statua salis. quo signo condiuntur hi qui per fidem mundo et actibus desideriisque eius renuntiant. ut affectionis pristine non recordentur. neque ad seculi illecebras reuocentur. quia secundum saluatoris sententiam. ponens manum suam super aratrum. et respiciens retro. regno celorum aptus esse non potest.

DE COMPETENTIBUS.

POST CATICUMInos secundus competentium gradus est. Competentes autem sunt. qui post doctrinam fidei. post continentiam uite ad gratiam Christi percipiendam festinant.